

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ingratitudo q
cum fonte primo

Queris quid sit quod obliuionem nobis acceptorum faciat?
cupiditas accipiendorum.
Cogitamus non quid impetratum, sed quid petendum sit.

Nescimus estimare res de quibus non cum fama,
sed cum rerum natura deliberandum est.

Ibidem (Seneca LXXXIII. epistola).

Quaeris quid sit quod obliuionem nobis acceptorum faciat?
cupiditas accipiendorum;
cogitamus non quid impetratum sed quid petendum sit.
Abstrahunt a recto divitiae, honores, potentia et cetera
quae opinione nostra cara sunt, pretio suo vilia.
Nescimus aestimare res, de quibus non cum fama
sed cum rerum natura deliberandum est;
nihil habent ista magnificum
quo mentes in se nostras trahant praeter hoc,
quod mirari illa consuevimus.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 81.28-29
(L. Reynolds ed., vol.1, p.270, ll.15-22).